



21  
Bl. 89





RELIGIOSA PIETATIS ARA,  
QUAM

V I R O

SUMME REVERENDO AMPLISSIMOQUE

D O M I N O

IOANNI SIGISMUNDO

PILGRAMIO,

ILLUSTRISSIMORUM ET EXCELLENTISSIMO-  
RUM DOMINORUM MINISTRORUM ATQUE  
CONSILIARIORUM AUGUSTANÆ CONFSSIONIS, IN  
AULA SACRÆ CÆSAREÆ REGLÆQUE MAJESTATIS  
AGENTIUM, NEC NON IN LIBERA REGIAQUE  
CIVITATE SEMPRONIENSI, ECCLESIE EVANGELICÆ  
ANTISTITI PERQUAM MERITISSIMO,

MAECENATI ET PATRONO  
STUDIORUM SUORUM OPTUMO  
MAXUMO,

DUM  
ONOMASTICAM LUCEM, FAUSTO SIDERE REDEUNTEM  
*A. O. R. d. d. 1633. CCXXXII. D. VI. NON. MAJI*

LAETUS SEMPRONII CELEBRARET,  
TANTAE FELICITATIS ACCESSIONES GRATULATURUS  
ET PUBLICUM OBSERVANTIAE DOCUMENTUM DATU-  
RUS, DEVOTISSIMA MENTE POSUIT  
CLIENS OBSEQUENTISSIMUS

PETRUS LUTHARITS, S. S. Theol. C.  
H. T. PANNON. ALUMNORUM BIBLIOTHECARIUS

VITEMBERGAE,  
EX OFFICINA HAKIANA.





SUMME REVERENDO AMPLISSIMOQUE

DOMINO

**A**ltera formosi, dum lux gratissima Maji,  
 Flammifero Phoebi curru subvecta, beatas  
 Pannonidum rutila lustraret lampade terras,  
 Et coeli faciem, quam nox absconderat atra,  
 Restituit mundo; Zephyritis cincta Napæis,  
 Inttaurat regni fines, spatiosaque rura,  
 In quibus Enceladi tumulus, petit arduus atra,  
 Floribus innumeris pingit: grex inde rosarum  
 Vertice rumpit humum, surgunt hinc lilia casta,  
 Quaque patet campus, soboles pulcherrima Veris  
 Luxuriat, vincitque Jovis splendore Penates.  
 Non tulit Uranie superari regna Tonantis,  
 Moxque SIGISMUNDI clarum, quod mille coruscant  
 Luminibus, Nomen pingit super æthera celsa.  
 Vix opus absolvit, fundit nova Gloria coeli,  
 Immensum variumque decus: iam Flora superba  
 Concedit splendore Iovi, iam machina coeli  
 Ignorat noctem, iam mundus luce fruatur  
 Perpetuo, nec iam Phoebeos, æquore condet  
 Vesper Equos: videas coelo defixa patente,  
 Orta SIGISMUNDI de Nomine stella corusca,  
 Quantos virtutum radios effundit in orbem.  
 Hinc incorrupti mores nullique secunda  
 Affulget pietas; illic Sapientia Sacra,  
 Purpureos fundit radios; hinc emicat ardor,  
 Aeternum Numen venerans; hac parte nitescunt  
 Prisca fides, cultæ Charites, animusque pericli  
 Impavidus rectique tenax; hinc parta labore,  
 Gloria, Fama, Decus mansurum semper in ævum,  
 Illustrant flammis totum, quodcunque rubescit  
 Occasu, quodcunque dies devexior ambit.  
 Hocce SIGISMUNDI signatum Nomine fidus,



Dum novitate tenet mentes, & lumina spargit,  
Clarius illuxit PILGRAMI Fama per orbem.  
Namque novum Phoebum, mundus cum vidit ab axe,  
Tantum virtutum radios effundere terris,  
Innumeras lingvas, prænuntia Fama resolvit,  
Et Nomen coelo rutilans, celebravit per oras.  
Tunc latitans patuit meritorum Gloria magni  
PILGRAMI; tunc in Scenam venire Virorum,  
Excelsæ laudes, tunc omnes, quotquot Athenis  
Invigilant doctis, PILGRAMI Nomen ad astra  
Extollunt verbis, & dignas ære perenni,  
Virtutes celebrant; tunc partes quatuor Orbis  
Hesperus ac Eos, Auster Septemquetrones,  
Suspexere VIRI famam, cultumque dedere.  
Hæc ubi cognovit Parcarum maxima natu  
Alecto, diris stimulis excanduit atrox  
Invidiæ, vultuque minax, pallaque cruenta  
Tecta feros humeros, pulchras ad culmina rerum,  
Dum crevisse dolet laudes, per regna remota,  
Protinus infernas, ad limina tetra Sorores,  
Concilium deformæ vocat, flagransque furore,  
His clausam rabidis patefecit vocibus iram:  
An ignoratis, Noctis nigrantis Alumnae,  
PILGRAMI Famam, pennis Super æthera vectam,  
Concendisse Iovis coelum, Nomenque relatum  
Inter fidereos orbes, nunc spargere lumen?  
Evehit hunc Fortuna favens, ad culmina summa,  
Ut saltim nostri minuatur gloria regni,  
Et contemnatur Phlegetontis turba severa.  
Ite citæ Furia, vindictam fumite sævam,  
Et fortunatam PILGRAMI vertite fortem.  
Obsequitur vulgus dictis, ferit æthera murmur  
Horrifonum, Itygiis invadunt nubibus astra,  
Atque diem tenebris condunt feralia monstra.  
It coelo clamor, caligo surgit in altum,  
Ut radians Nomen PILGRAMI lumine privet:  
Miscetur coelum terra, stellæque nigrescunt,  
Et roseus Titan hauritur nocte profana.  
Iupiter obstupuit, mundum caligine volvi,  
Naturæque datas leges torpere jacentes.  
Qui postquam causam didicit, mox percitus ira,  
Misit in Eumenides ultricia fulmina, dextra,  
Et pulsus tenebris, mundi coelique ruinas  
Restituens, jussit PILGRAMI Nomen in æthra,



Luce Sacra radiare diu, semperque secundo  
Adventante die Maji, Solennia reddi  
Annuit, ut clarum referat sua præmia Nomen.  
Gaudet ovans Helicon, quod jam decreta manerent  
Sacra SIGISMUNDUM, quem virtus vexit ad astra,  
Et toto celebrem fecit sapientia mundo.  
At, cui cura data est Solennia thura parari,  
Eusebie Virgo, multis comitata Camænis,  
Deserit æthereas sedes, veloxque per auras,  
Fertur equis: stridunt Zephyri, cursuque rotarum  
Saucia dividuis clarescunt nubile fulcis.  
Utque peregit iter Sempronia limina tangens,  
Talibus affatur PILGRAMUM Virgo pudica:  
Sedibus ex altis venio, sanctissime PRAESUL,  
Ut Tibi pro meritis magnis solennia Sacra  
Instaurem: nunc iam crementur thura sabbæ,  
Nunc positæ surgant statuæ; nunc blandius aræ  
Luce SIGISMUNDI niteant, nunc vota profundat  
MUSA, cui PILGRAM, factis super æthera notus,  
Rebus in angustiis clypeos fuit, atque levamen.  
Magnis, illa refert, virtutibus inclyte PRAESUL  
Sacrorum; cui nunc felicia temperat æther  
Sidera, prædidiis cingunt Te, NUMINA Sancta,  
Fortunamque novis iterum successibus augent.  
Ecce SIGISMUNDI redeuntem, Sole favente,  
Nunc salvus celebras lucem, fortuna benigna  
TE fovet in gremio, tempestatesque malorum  
Hinc fugiunt, dulcesque manet pax alma Penates.  
Hanc Tibi fortunam grator, NUMENQUE supremum  
Supplice voce precor, transcendas sæcula sospes,  
Aetatis spatio: TE rerum fræna tenente,  
Relligionis honos, & gloria Numminis alti  
Crescant, atque meis studiis, sub pondere fessis,  
Post varios casus, surgat Spes certa Salutis.  
Tunc plaudet Pietas, tunc firmo nixa favore,  
Obsequii plenam Pilgramo construet Aram.






Ung VI 4

(x 2743293)



U 17  
U 15







**RELIGIOSA PIETATIS ARA,  
 QUAM  
 VIRO  
 SUMME REVERENDO AMPLISSIMOQUE  
 DOMINO  
 IOANNI SIGISMUNDO  
 PILGRAMIO,**

**ILLUSTRISSIMORUM ET EXCELLENTISSIMO-  
 RUM DOMINORUM MINISTRORUM ATQUE  
 CONSILIARIORUM AUGUSTANÆ CONFSSIONIS, IN  
 AULA SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE MAJESTATIS  
 AGENTIUM, NEC NON IN LIBERA REGIAQUE  
 CIVITATE SEMPRONIENSI, ECCLESIE EVANGELICÆ  
 ANTISTITI PERQUAM MERITISSIMO,**

**MAECENATI ET PATRONO  
 STUDIORUM SUORUM OPTUMO  
 MAXUMO,**

**DUM  
 ONOMASTICAM LUCEM, FAUSTO SIDERE REDEUNTEM  
 A. O. R. cIdcCCXXXII. D. VI. NON. MAJI**

**TANTAE FELICITATIS ACCESSIONES GRATULATURUS  
 ET PUBLICUM OBSERVANTIAE DOCUMENTUM DATU-  
 RUS, DEVOTISSIMA MENTE POSUIT  
 CLIENS OBSEQUENTISSIMUS**

**PETRUS LUTHARITS, S. S. Theol. C.  
 H. T. PANNON. ALUMNORUM BIBLIOTHECARIUS**

**VITEMBERGAE,  
 EX OFFICINA HAKIANA.**

adices;  
 uierem;  
 trique  
 solem;  
 affos;  
 , beatos.  
 VSANNAM  
 ores,  
 clium  
 oncio multos,

